

apice basique depressum, disciforme, 1,1—1,2 cm latum, 0,4 cm altum, in latere superiore late haud profunde excavatum, in dimidia levissime umbonatum, in facie inferiore planum, embryone centrali perpendiculari. Albumen homogeneous. Perianthium fructiferum explanatum. Calyx trilobus, brevis, corolla lobis triangulariter productis, nonnihil longioribus.

Die beschriebenen Früchte erhielt H. Wendland durch Mann, sie waren als *Plectocomia himalayana* Griff. bezeichnet. Wahrscheinlich stammen sie aus Indien.

Korthalsia concolor Burret nov. spec. — Caudex tenuis, 8 mm circ. diam. Frondis ochrea haud inflata, tubularis, caudici dense accumbens, 3,5 cm longa, fere glabra vel glabrata, inermis, superne membranacea, apicem versus fibris tenuibus dense intertextis, demum fere liberis. Frons in parte pinnata 21 cm longa, foliola in utroque rhacheos latere 5, quorum infima ambo quam sequentia pluriplo minora, rhachis in cirrhum tenuem, aculeis curvatis plerumque 2—3-fidis armatum exiens. Petiolus 2,5 cm tantum longus. Rhachis aculeis curvatis paucis praedita, glabra vel fere. Segmenta \pm alternantia, rigida, inter robustiora, utrinque concoloria, supra nitentia, subtus opaca, nullo modo pallidiora, exacte ejusdem quam supra coloris, punctulis ferrugineis nullis, ambitu cuneato-rhomboida, sed marginibus superne sensim curvatis fere oblanceolata, ad apicem vix breviter sat subito circ. $\frac{1}{2}$ cm tantum acuminata, marginibus praemorsis leviter sinuatis, acuta hinc inde subtiliter dentata, basi cuneata, costis plerumque 6 bene conspicuis, nervis transversalibus subtus fere inconspicuis, et supra minus prominentibus, sat remotis. Segmenta basilaria ambo 6,5—8,5 cm longa, anguste cuneiformia, 1,2—1,8 cm lata, sequentia circ. $13,5 \times 4,5$ cm, maxima circ. media $17 \times 4,5$ cm, apicalia vix minora, segmenta omnia conspicue usque 1,5 cm stipitata, stipite in latere interiore calloso. Fructus inter majores, ambitu circ. ovals, sine apiculo tenui 2 mm fere longo 2 cm longi, apice rotundati. Squamae in seriebus verticalibus 15 dispositae, badiae, majusculae, conspicue sulcatae, margine angustissima. Semen fere ovatum, 1,5 cm longum, 1 cm latum, albumine ruminato. Spadix ignotus.

Nord-Borneo: Sandakan (September—Dezember 1920 — M. Ramos n. 1490).

Die Art schließt sich an *K. paucijuga* Becc. an. Sie hat wie diese einen dünnen Stamm, eine anliegende unbestachelte Ochrea und beiderseits grüne Fiedern. Während jedoch bei *K. paucijuga* der mit

Cirrhus versehene Wedel nur drei Fiedern jederseits der Rhachis besitzt, die nur drei vorspringende Rippen haben und an der Basis ziemlich plötzlich zusammengezogen sind, hat der Wedel von *K. concolor* jederseits der Rhachis fünf an der Basis keilförmige Fiedern mit sechs deutlichen Rippen. Auch sind die Fiedern im Gegensatz zu *K. parucijuga* am Scheitel kaum zugespitzt.

Raphia pseudotextilis Burret nov. spec. — Spadicis inflorescentia partialis circ. 40 cm longa visa, pars ramosa 32 cm. Rhachis inter ramos 1,7 cm lata, haud valde sed conspicue applanata, transverse secta ovalis. Rami floriferi numerosissimi, in eadem directione fere utrinsecus exserti, sed insertionibus dextra sinistra series 2 approximatas formantibus. Rami floriferi longiores visi 15—17 cm circ. longi, supremi ut infimi nonnihil breviores, omnes conspicue applanati, ad 12 mm circ. lati, maximi visi in parte inferiore intrinsecus flores ♀ 10 exserentes, series 2 valde approximatas, sed bene conspicuas formantes, supra femineos utrinsecus flores ♂, supremos seriem, ut videtur, unicam, inferne tamen series 2 proximas praebentes. Flores ♀ majores sub anthesi 12 mm circ. longi, ambitu oblongo-lanceolati. Calyx cupuliformis, validus, apice truncatus, minute examinatus vix conspicue undulato-trilobulatus. Corolla calycem conspicue superans, trilobata, lobis triangularibus, apice nonnihil in spinam fere productis. Spathellae opacae, floriferae glabrae. Flores ♂: Calyx robustus, cupuliformis, truncatus, ut floris ♀ undulato-subtrilobulatus, ad os 2 mm diam. superans. Corolla quam 12 mm longitudine vix longior, paulo curvata. Petala anguste linearia, apice acuminata, pungentia. Stamina 6. Antherae, ut videtur, lineares. Filamenta ad basin longiuscule incrassata, inter se angulosa, basi ima connata. Fructus elliptico-obovatus, apice late rotundatus, apiculo angusto, acuto, abrupte imposito, 4 mm tantum longo, 6 cm circ. longus, 5 cm fere latus, atro-fuscus, nitens, squamis, ut videtur, 12-stichis, regulariter aequaliterque leviter convexis, basi haud magis quam superne curvatis nec umbonatis, apice triangulariter productis, ad margines leviter incisus, vix ciliatis, dimidiam secus paululo sulcatis. Mesocarpium modice evolutum. Endocarpium pro rata crassum, 3—4 mm diam. Semen 4,5—5 cm longum, 3 cm latum, basi prominulo-angustatum. Embryo ad dimidium latus situs. Ex frondis nondum adultae fragmento segmenta visa irregulariter disposita, circ. 60 cm longa, 4 cm lata, ad margines et ad costam mediam spinulosa, dextra sinistra nervis secundariis 7, nervis transversalibus numerosis, subundulatis, sat densis, in fronde nondum plane adulta bene conspicuis.